



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 40. Frater Martinus Polonus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

**Sæcul. XIII.**

A.C. 1279.

**Rayn. 1280.**

n. 8.

Ladislaus moniti rationem aliquam videtur habuisse. Certe legimus eum anno sequente suam Budense Concilium dissipantis noxam agnovisse, & hujus compensandæ gratia Legato pauperum nomine stipulanti centum argenti sellarum proventum annum decrevissa quo domus hospitalis in regno suo condenda sustentaretur. Litteras dabat ille Augusti an. 1280, simulque alias, quibus accepit universas constitutiones a Sede apostolica contra hæreticos editas, que in regno eas observari jussit. Atdeinde Legatum Philippum pepulit: qui in Poloniam delatus honorifice ibi exceptus fuit.

## §. XL.

*Frater Martinus Polonus.*

Vacantem per sex annos Archiepiscopatum Gnesnensem an. 1278 papum Nicolaus Fratri Martino Polono contulit. Erat ex Ordine Prædicatorum pontificii facelli ac expiationum Præfectus a tempore Clementis IV; easdem que functiones sub ejus successoribus exercebat. Igitur in Gnesnensem Archiepiscopum a Nicolao III consecratum se viæ commisit, ut rediret in Poloniam quo vocatus ab Optimatibus regni fuerat. Sed Bononiae extinctum Fratre Praedi-

**Staravol/c.**

p. 29.

**Echard.****sum. S. Tho.**

p. 603. 604.

Prædicatores suo in templo terræ man- Sæcul.XIII.  
darunt. Famam sibi peperit per scripta A.C.1279.  
sua, quorum tria sunt genera; 1. Con-  
ciones multæ; 2. Amplissima tabula De- Bzov. 1278.  
cretum Gratiani & omnes materias or- n. 32.  
dine alphabetico continens, quæ Decre- Echard.  
ti margarita vocatur. 3. Chronica, quæ  
sunt opus illius celeberrimum. Ait se  
hæc scripsisse potissimum pro Theologis  
& Jurisconsultis, eo quod eorum inter-  
sit nosse tempora Paparum & Imperato-  
rum. Et vero tota ejus chronica his  
duabus partibus constant: ab uno latere  
sunt Papæ a Christo JESU primo novæ  
legis Pontifice usque ad Clementem IV:  
altera in pagina sunt Imperatores ab  
Augusto usque ad Fridericum II cum an-  
nis in margine. In præfatione dicit Car-  
dinales apud Papam esse instar triplicis  
hierarchiæ Angelorum Christo in cœlis  
servientium. Numerat Cardinales quin-  
quaginta & unum, in iis Episcopos se-  
ptem, Presbyteros viginti octo, ac sex-  
decim Diaconos, singulorum titulos &  
functiones recensens. Nominat au-  
thores, e quibus sua chronica compo-  
suit, & inter ultimos Richardum mona-  
chum Cluniacensem, ac Vincentium Bel-  
lovacensem ponit. Fecit deinde alte- Echard.  
ram operis editionem, in qua ei addidit p. 616.  
Papas sequentes usque ad Nicolaum III,  
cujus initium duntaxat memorat. Ab

G 2

exor-

**Sæcul.XIII**  
A.C. 1279.

**Echard.**  
**p. 601.**

**Rayn.**  
**1279.n.43.**

**Vading.**  
**to. 2. reg.**  
**p. 153.**

**Long. l.7.**  
**p. 818.**

exordio libri refert quasdam fabulas suo tempore currentes: at in melioribus exemplis seu apographis non legitur illa de Joanne Papissa, quam ei plures scriptores hodierni tribuunt. Erant, qui Martinum Polonum confundent cum quodam Consentino in Italia Archiepiscopo, qui pariter chronica fecit; sed cuius nomen ignoratur.

Post Martini Poloni obitum Collegium Gnesnense in Archiepiscopum cooptavit Vostliberum ejusdem Ecclesiæ Canonicum: & a Legato Philippo Episcopo Firmensi etiamnum inter Hungaros agente per nuncium petiti electi confirmationem, mandatumque, quod ad eum ibi consecrandum spectaret. Sed Legatus magni momenti negotiis in Hungaria detentus rem ad Papam transtulit, ut eam prompte absolveret, orans: & Collegium Gnesnense suas adjunxit preces, ut Papa electo iter Romam facendum condonaret, Ecclesiæ Gnesnensis in opiam & pericula viarum respiciens. Papa Legato præcepit, ut Vostliberum, si rite electum compererit, confirmaret, curaretque inaugurandum convocatis vicinis Episcopis. Scribebat 23 Dec.an. 1279. At Lesco Niger Cracoviæ ac Siradiæ Dux impediit, ne mandatum perficeretur.

§. XL.

§. XLI.

Sæcul.XIII.  
A.C. 1279.

*Papæ diploma de electionibus.*

Interim Papa, ut longæ Ecclesiarum vaccinationis effectus molestos tolleret, <sup>c. Cupientes.</sup> <sup>16. de elect.</sup> constitutionem fecit in hanc sententiam. <sup>in sexto.</sup> Omnes electi ad Ecclesiam, cuius suffragiorum confirmatio a Sede apostolica proxime pendet, intra mensis spatium post cognitam sui electionem in viam se dabunt Romam versus, elapsoque tempore pro distantia locorum ad iter suum necessario intra dies viginti cum omnibus actis suum ad jus pertinentibus ipsi coram nobis comparebunt: alioquin omni jure, quod eis electio dederit, exutus declarabimus. Et quo melius edoceamur de suffragiis, collegium sumptibus sedis vacuae intra idem temporis spatium duos ex electoribus mittet: alioquin excludetur a persecutione causæ, & a beneficiorum suorum fructibus per triennium abstinere jubebitur. Hæc sunt, quæ mihi præcipua videntur in hac sanctione data 13 Decembris an. 1279. Longa & obscura est ob multitudinem exceptionum, conditionumque restrictarum, quibus scatet pro stylo seculi omnes casus singulares prævidere, cunctasque lites prævenire cupientis: id quod dabant occasionem formandi novas. Con-

v. 2. Goff.

G 3

tra